



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindiciæ Pro Nicolao Smitheo, Contra censuram nomine
Facultatis Parisiensis editam in eiusdem librum, cui
nomen, Modesta & brevis Discuſſio, &c.**

Goffar, Antonius

Leodii, 1631

Approbationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38773

VT melius constet, Beneuole Lector, quam iniuste ne dicam impudenter Censores isti non in unum tantum Smitheum, sed in omnium pene Nationum ac Ordinum Doctores inuolauerint, censui hic attexendas Libri Smithei in quem censura lata est approbationes, primo Episcoporum, deinde Vniuersitatum, denique Doctorum particularium, eo dūtaxat, de cetero seruato ordine quo datae sunt.

Epis-

Episcopi.

PRæsentem Modestam Discussionem legi, & in eâ nihil aut Orthodoxæ Catholicæ Fidei dissonum, aut bonis moribus contagiosum inueni. Ratisbonæ 22. Octobris. 1630.

Fredericus Fornerus Episcopus Hebronensis Suffraganeus Bambergens. Sacrae Theol. Doctor.

QVæstionum de necessitate Episcopi pro qualibet particulari Ecclesia aut natione aliqua in casu qui supponitur, de excellentiâ & prærogatiua Status Religionis; de membris Hierarchiæ Ecclesiasticæ resolutio & doctrina à Nicolao Smitheo in libro cui titulus est *Modesta & breuis discussio aliquarum assertionũ*, &c. tradita, ijs rationibus & authoritatibus

308 *Approbationes.*
bus suffulta videtur vt sanè susti-
neri possit. Leodij 24. Aprilis
1631.

*Theodoricus Episcopus Dionysiensis,
Suffraganeus Leodiensis.*

E Go infrascriptus perlegi Li-
bellū à D. Nicolao Smithæo
Anglo compositum, cui præfixa
est inscriptio, *Modesta ac brevis
Discussio aliquarum assertionum Do-
mini D. Kellisoni, quas in suo de Ec-
clesiastica Hierarchia tractatu proba-
re conatur* : nec in eo quidquam
reperi, quod vel Orthodoxæ Ca-
tholicæ fidei, vel bonis moribus
aduerfetur, aut etiam probatissi-
morum Theologorum receptis
opinionibus non consentiat ;
sed Authorem, pium suum in-
tentum bonis fundamentis & ra-
tionibus cum religiosa discretio-
ne & modestia quam promisit
meo iudicio solidè demōstrasse.
In cuius fidē præsentī Attestatio-
ni

Approbationes. 309

ni manu propriâ subscripsi. Da-
tū Colonix 1. Maij, Anno 1631.

*Otto Gereon Archiepiscopus Cyre-
nensis, Suffraganeus Coloniensis,
S. Theologiae Doctor.*

IN hac Breui & Modestâ Discuf-
sione, à me diligenter lectâ, nil
Orthodoxæ fidei aut bonis mo-
ribus contrarium fateor repertū.
Monasterij 16. Maij, 1631.

*Ioannes Nicolaus Episcopus Aconē-
sis, Suffraganeus Monasteriensis,
S. Theologiae Doctor.*

Vniuersitates integræ.

CVM articuli D. Kellisoni, hoc
libello per D. Nicolaum Swi-
theum discussi, non solum à veri-
tate sæpius recedere, verum etiam
(maximè dum particularis Epis-
copi & Sacramenti Confirma-
tionis necessitatem nimum vr-
gent)

gent) Angliæ Catholicos, alias
nimis pressos, præsentissimo a-
cerbioris persecutionis periculo,
absque causa exponere videantur,
merito confutandi veniunt; &
præsens eorum Discussio dignif-
sima est, quæ typis euulgetur.
Actum Ingolstadij vi. Calend.
Martij, Anno 1631.

Locus ✠ Sigilli.

*Leo Menzelius Sac. Theologiae
D. Profess. & pro tempore
Vice-Decanus.*

Legimus Tractatum Nicolai
Smithi Angli, cui titulus, *Mo-
desta & brevis Discussio, &c.* & ni-
hil in eo inuenimus, quod fidei
Catholicæ, aut receptæ doctrinæ
Ecclesiæ sit contrarium; Repe-
rimus autem vnde Authoris mo-
destiam simul & eruditionem
communibus Doctorum princi-
pijs insistentem plurimum com-
men-

Approbationes. 311

mendaremus. Quod ex meo voto & Collegarum meorum unanimi consensu testatum volui. Pragæ 8. Martij, 1631.

Locus † Sigilli.

Petrus VVadingus Sacrae Theologiae D. & Professor Ordinarius, & facultatis Theol. Decanus.

Oblatus est Facultati Theologicae in Vniuersitate Paderbornensi libellus, cui titulus est, *Modesta ac breuis Discussio aliquarum assertionum D. Doctoris Kellisoni, quas in suo de Ecclesiastica Hierarchia tractatu probare conatur, Auctore Nicolao Smitheo, impressus Antuerpiæ ex officina Plantiniana Baltazaris Moreti, Anno 1631. quem libellum cum omnes eiusdem facultatis Doctores ac Professores, diligenter & accuratè seorsim quisque perlegissent;*

sent; postea 16. Martij eiusdem
anni indictum ac congregatum
est legitimè in eam rem eiusdem
Facultatis vniversæ Concilium;
in quo omnes ex ordine suam
sententiam singillatim de more
rogati, magno consensu testati
sunt, nihil in eo libello contine-
ri, quod alienum à Fide Catho-
lica, aut Hierarchiæ Ecclesiasti-
cæ contrarium, aut abhorrens à
bonis moribus, aut cum cuius-
quam iniuria coniunctum sit,
atque rectè eos Doctores cen-
suisse, qui (vt est in eiusdem edi-
tionis calce) libellum publica lu-
ce dignum, & Ecclesiæ vtilem
iudicarunt. Quorum sententijs
cùm nemo non cuperet suum
quoque calculum adiungi, pla-
cuit omnibus, nemine discrepan-
te, hac approbatione consueto
sigillo obsignatâ, & manu No-
tarij Academici subscripta palàm
totius Facultatis sententiam te-
stari. Actum Paderbornæ in Col-
legio

Approbationes. 313

legio Sancti Ioannis Apostoli &
Euangelistæ, eod. 16. Martij, An-
no Christi 1631.

Locus ✱ Sigilli.

*Ex speciali mandato benemerite
Facultatis Theologicae Barthe-
lomeus Ruff. Apostolica & Cæ-
sarea auctoritate Publicus A-
cademia Paderbornensis Nota-
rius ordinarius atque Bidellus.*

Doctores par- ticulares.

Vidi librum à D Nicolao Smi-
theo Anglo compositum,
cuius titulus talis habetur: *Modesta
& breuis Discussio aliquarum Asser-
tionum D. Doctoris Kellisoni, quas in
suo de Ecclesiasticâ Hierarchiâ Tra-
ctatu probare conatur: eumque at-
tentè perlegi, nec aliquid in eo
inueni, quod cum Fide Catho-
licâ pugnet, vel bonis moribus
obsit: imò flagrare religioso zelo,
O & Chris-*

& Christianâ modestiâ in suo Opere Auctorem conspicio, & valde sanam doctrinam tueri. Secutus itaque aliorum grauissimorû tam ex Regularibus quàm ex seculari Clero Doctorum Theologorum nationis nostrę iudicium, quos idem mecum sentire, ex ipsorum litteris, quas penes me habeo, video, motusque eorum auctoritate, quam natio nostra & Scholæ meritò suspiciunt, dignû iudico prædictum librum qui typis subiiciatur; quo Catholici Angli, qui studiosè veritatem, quæ in eo propugnatur, discussam cupiunt, & suo loco redditam, scire possint, quid pietas & cultus Dei ab eis requirat, circa Confirmationis Sacramenti venerationem, & administrationem, quam reuerenter & piè de Suâ Sanctitate, & de constitutis in Episcopali dignitate sentire (quod ab eis hæcenus diligenter factum est) debeant, quàm non oporteat eos
Sacer-

Sacerdotibus, siue Sæcularibus,
siue Regularibus, qui in missione
Anglicana in ipsorum bonum la-
borant, obsequium debitum sub-
trahere, sed magis reuerentiam
cuique pro suæ dignitatis & me-
riti conditione impendere. Et in
huius rei testimonium nomē me-
um hîc apposui. Datum Duaci,
7. Iulij 1630.

F. Rudesindus Barlovv, *Sacra
Theologia Doctor & Professor.*

Vidimus librum à Domino
Nicolao Smitheo scriptum,
cuius titulus est, *Modesta & breuis
Discussio aliquarum Assertionum D.
Doctoris Kellisoni, quas in suo de Ec-
clesiastica Hierarchia Tractatu pro-
bare conatur, testamurque nos in
eo nihil deprehendisse Catholicæ
Fidei aut bonis moribus dissonū:
quin potius cū sincerissima mo-
destia, & insigni eruditione clarā
& solidam dictarum Assertionū
refutationem inuenisse.* Datū Lo-



2

uanij

316 *Approbationes.*
uanij in Collegio S. Antonij de
Paduâ Fratrum Hibernorum stri-
ctioris Observantiæ S. P. Francis-
ci, die 7. Julij anno 1630.

Frater Robertus Chamberlinus, S.
Theologiæ Lector Iubilarius.
F. Malachias Fallon, S. Theologiæ
Lector.

EGO infrascriptus Societatis
IESV Sacerdos & S. Theo-
logiæ Professor, librum cui titu-
lus, *Modesta & brevis discussio, &c.*
à D. Nicolao Smitheo composi-
tum legi, nihilque deprehendi
quod Catholicæ Fidei aut bonis
moribus aduersetur: sed in eo re-
gimen Catholicorum Angliæ, per
tot annos à Summis Pontificibus
vsurpatum persecutionis tempo-
re, doctè, solidè, modesteque
propugnari: quem fructuosè,
imò necessariò, perpensis tempo-
rum circumstantijs, in lucem edi-
tum, & denuò edi posse censeo;

VI

Approbationes. 317

vt hostibus Ecclesiæ, qui arreptâ occasione Summum Pontificem in regendâ tam nobili Ecclesiæ parte, contrarius diuinum errasse iactant, ora obstruantur. Gandaui 14. Iulij 1630.

Ioannes Floydus.

Idem, perlecto diligenter eodem libro, infra scripti iudicamus. Duaci 29. Iulij 1630.

*Philippus de Trieu Societate IESV,
in Alma Vniuersitate Duacensi
S. Theologiæ Doctor ac Profes-
sor.*

*Gualtherus Paulus eiusdem Socie-
tatis, in eadem Vniuersitate S.
Theologiæ Doctor & Professor.*

*Lambertus Lobbetius eiusdem Soci-
etatis, in eadem Vniuersitate
sacra Theologiæ Doctor ac Pro-
fessor.*

O 3

Idem

318 *Approbationes.*

Idem post diligens eiusdem libri examen censeo, Louanij 23. Aug. 1630.

F. Michael Paludanus, Sacra Theologia Doctor & Professor Louanij, Ordinis Eremit. S. Augustini.

Perlecto hoc libro idem censeo, Louanij 29. August. 1630.

F. Petrus Damasus de Coninck sacra Theologia Doctor & Professor Louanij, Ordinis Eremit. Sancti Augustini.

Eundem librum diligenter evolui, idemque quod ceteri iudico.

F. Franciscus Capronius, S. Theologiae Doctor ac Professor Louanij, Ordinis FF. Prædicatorum.

Tc.

Testor idem Ludouicus Olistagers,
sacrae Theologiae Licentiatus, ac Pro-
fessor Louanij, Ordinis FF. Predicato-
rum.

Iudico eundem librum vtiliter
posse imprimi.

F. Iacobus Pinchart, sacrae The-
ologiae Lector Louanij apud FF.
Minores.

Liber hic, qui inscribitur *Mo-
desta & breuis Discussio, &c.* au-
ctore Nicolao Smitheo, dignus
est qui typis mandetur: consona
enim sunt omnia diuinis Ortho-
doxae Fidei decretis. Actum An-
uerpiae 26. Augusti 1630.

Gaspar Estrix Plebanus &
Librorum Censor.

Q 4

Opus

OPus hoc, cuius inscriptio est, *Modesta ac brevis Discussio aliquarum assertionum D. Doctoris Kellisoni, quas in suo de Ecclesiastica Hierarchy Tractatu probare conatur;* non modò à doctrinæ, in iis quæ tam Fidem quàm mores spectant, puritate, verùm etiam à modestiâ, soliditate, omninoque ab eâ quæ inde speratur pro confirmandis in debito reddendo sacerdotibus (siue Sæcularibus siue Regularibus, qui pro eorum salute laborant) obsequio ac reuerentiâ, Catholicis utilitate, à grauissimis Anglicanæ Nationis, tam ex Regularibus quàm ex sæculari Clero, Theologiæ Doctoribus, qui totum id attentè ac diligenter perlegerunt, commendatum, ac prælo propterea dignum iudicatum, non possum, tantorum virorum auctoritate fretus, quin & illud ipse iisdem nominibus vicissim commendem

dem

dem, & dignum quod lucem videat, sicuti facio, pronuntiem.
Actum Tornaci Neruiorum 3.
Octob. 1630.

*Ioannes Boucher S. Th. Doctor
Sorbon. Canon. & Archid.
Tornacensis, Librorum Cen-
sor.*

EGo infrascriptus sacri Ordinis Prædicatorum Concionator generalis in superiori Germaniâ, præsentem Tractatû, siue *Modestam ac breuem quarundam Assertionum Discussionem*, eâ quâ licuit per temporis angustias diligentiam vidi & discussi. Cum verò in Discussionem illâ modestâ, moderatâ, sanâ ac discretâ, nihil quod Fidei Orthodoxæ bonisque moribus aduersetur, offenderim; sed potius quòd statum Religiosum, eiusque dignitatem ac eminentiam, sapidissimo salis grano condiat, solidet, & exornet,

O 5

ided

ideo præli euulgatione dignum
iudicavi. Datum Ratisbonæ 11.
Octobris 1630.

Ira sentio, F. Ioannes Struzell.

Librum à Domino Nicolao
Smitheo conscriptum, cui ti-
tulus est, *Modesta & breuis Discus-
sio, &c.* attentè perlegi: & quia
nihil inueni in illo Orthodoxæ
Fidei aut bonis moribus repug-
nans, sed magis claram & neruo-
sam cum nō minori modestia cō-
iūctam refutationem aliquot pe-
riculosorū dogmatum, quæ si si-
ne reprehensione transissent, non
parum veritati & Catholicis in
Anglia nocere potuissent; ideo
dignum censeo luce publicâ. Da-
tum Ratisbonæ 28. Octob. 1630.

*F. Clemens Reyner S. Th. Licentia-
tus, Professor, & Anglicana Con-
gregat. S. Benedicti in Germania
Pæcurator.*

Infra

INfrascripti legimus Tractatū
D. Nicolai Smithei, cui titulus
erat: *Modesta & brevis Discussio, &c.*
censemusque nihil eo contineri
quod Catholicæ Fidei bonisque
moribus consentaneum non sit.
Quinimò iuxta tituli promissum,
modestè & breuiter, insuper ner-
uosè & doctè argumentum hoc
ab illo esse pertractatum; præfer-
tim vbi de Episcopali dignitate,
ac Sacramenti Confirmationis
necessitate vel administratione
disputat.

Ita saluo meliori iudicio sentio
Egidius de Coninck Societ. IESV,
S. Theologia Professor.

Idem quoque sentio, *Antonius*
Serians Societatis IESV, S. Theo-
logia Professor.

Idem sentio *Ioannes Gismaers*
Societatis IESV, S. Theologia
Professor.

Et ego *Adrianus Crommius Societatis IESV, S. Scripturae Professor.*

LEgi librum cui titulus *Modesta & brevis discussio &c. Authore Nicolao Smithæo Anglo*; in eo est nihil aut Fidei, aut bonis contrarium moribus, validè agit, sed modestè admodum, planè convincit quod sibi probandum assumpsit. Affert rebus lucem, & falsa, vt vitentur, planè detegit. Quare dignus luce & typis est. Coloniae pridè Calendas Aprilis, Anno 1631.

Ioannes Perlinus Societatis Iesu, Doctor, & Publicus in Academia Coloniensi Sacrae Theologiae Professor & à Censuris Sacrae Inquisitionis Hispanicae.

Nicolaus Smithæus in sua *Modesta ac brevi Discussionè, &c.*

Etc. quam ego accuratè legi & perpendi, siue de qualitate & dignitate R^{mi} Chalcedonensis eiusdemque in Anglia officio & potestate, ac alijs inde emergētibus punctis disputet, siue de Sacra Confirmationis necessitate, vsu, administratione ac effectu disserat, siue de regimine Catholicorum Angliæ per tot annos à summis Pontificibus tempore persecutionis vsurpato agat, siue Doctoris Kellisoni Assertiones refellat, & ab eodem in contrarium allatis respondeat; nihil quod Sacra Scripturæ sensui aduersetur, nihil à summorum Pontificum sanctionibus aut legitimorum Conciliorum Decretis alienum, nihil communi Orthodoxorum Scriptorum doctrinæ aut bonis moribus repugnans, scribit. Quæ verè Quæst. 5. & 6. prosequitur (si testimonium meum accipitur) talia sunt vt ab omni cordato & non interessato viro approbari debeant.

326 *Approbationes.*
debeant. In quorum fidem, &c.
Subscripti: Leodij Eburonum die
28. Aprilis Anno 1631.

*F. Ludovicus à Castro Doctor Theo-
logus ac quondam Professor, nec-
non Prouincia Leodien. FF. Mi-
norum Conuent. Minister Pro-
uincialis.*

PERlegi Librum, qui inscribitur
*Modesta ac breuis Discussio ali-
quarum assertionum, quæ à Doctore
Kellifono in suo de Ecclesiastica
Hierarchia Tractatu traduntur
Authore Nicolao Smithæo, & ni-
hil in eo inueni, quod sanæ do-
ctrinæ fidei aut morum aduer-
setur. Datum Osnaburgi die 29.
Aprilis, Anno 1631.*

Ita censeo

*Albertus Hulso S. Theologia
Doctor & Professor.*

Ego

EGo intranscriptus libro qui inscribitur *Modesta ac brevis discussio, &c.* attentè perlecto non possum non confirmare Auctoris doctrinam, quæ verè modesta, sana ac nervosa est, maximè in disputatione de Episcopali dignitate, ac Sacramenti Confirmationis necessitate vel administratione, ceteroque Smitheum refutationè Kellisoni utiliter suscepisse, qui probum ac Catholicum vulgus non necessarijs disputationibus & periculosis dogmatibus implicet.
Datum Leodij 3. May. 1631.

Antonius Goffar S. Theologiae Doctor.

DE *Modesta & brevi discussione aliquarum Assertionum D. Doctoris Kellisoni à D. Nicolao Smithæo conscriptâ, ita sentio.*

Verè *Modesta* est in qua luce mansuerudo Christiana cum non deestet.

deesset occasio acrioris aceti adhibendi. Itaque ipse D. Doctor Kellisonus debet eo nomine D. Smithæo gratias, quod ex Christi præscripto *correctionem* illi adhibuerit verè *fraternam*, nec refert quod publica sit, nam & publici erant D. Kellisoni lapsus, & ædificandi erant tot alij qui Kellisoni doctrinam minùs probam non sine offensione hauserant.

Breuis est: poterant enim vel plura tractari, vel quæ tractata pluribus explicari. Sed hoc ipsū etiam ad *Modestiam* Smithæi pertinet, qui, quod inuitus & necessariâ charitate adductus faciebat, facere voluit quàm breuissimè.

Discussio tamen est: nam quidquid difficultatis vel erat, vel videri aut fingi poterat ita discutit, ita expedit, vt nihil æquo & intelligenti Lectori intricati supersit. Hæc generatim. Addo tria verba de particularibus *Controversijs* præcipuis.

In

In quaestione de necessitate Episcopi pro quavis particulari Ecclesia egregiè tuetur Smithæus Summorum tot Pontificum paternam & Pastoralem curam erga Angliam, nec minus suavi consolatione reficit Catholicos Anglos, quos nunquam desisse esse Ecclesiam clarè & solidè ostendit.

In altera de Sacramento Confirmationis, non modò veram & communem sententiam defendit: sed tot nobiles auctores, aut eorum Discipulos obligat ad tuendam tam claram veritatem, si quis fortè adhuc vel eam impugnaret vel de ea dubitaret.

De Hierarchia denique sanctissimam & clarissimam doctrinam affert Smithæus; modesteque suo more sed cordatè refutat Kellisoni parum consideratas assertiones, quibus per Religiosorum innocentium latera, imprudenter incurrit in non paucos Patriarcharum, Archiepiscoporum,
Deca-

Decanorum, Archidiaconorum
atque etiam Eminētissimorum S.
R. E. Cardinalium quorum om-
niū magnopere interesse videtur,
attendere ne libertas illa scribēdi
Catholicæ Ecclesiæ detrimentum
afferat maius, quàm non consi-
derantibus fortasse videri possit.

Ita saluo meliore iudicio sentio,
& subscripto nomine meo seriò
affirmo Leodij in Collegio So-
cietatis IESV 15. May. 1631.

*Ioannes Roberti Societatis Iesu
Presbyter, S. Theol. Doctor, &
quondam in pluribus Vniuersi-
tatis superioris Germania &
Belgij publicus & Ordinarius
Professor.*

Magna sanè animi voluptate,
& qua potui mentis at-
tentione, semel ac iterum perlegi
librum, cuius inscriptio est *Mode-
sta ac brevis Discussio, &c. Au-
thore Domino Nicolao Smitheo An-
glo.*

glo. Censeoque primum meriti-
tissimè fuisse à tot tantisque vi-
ris Religione ac litteris illustri-
bus approbatum, vt doctrina in-
tegrū sana ac pia, & ne in minimo
apice fidei, orthodoxæ bonisve
moribus dissonum. Laudoq; Au-
thoris animū, modestiam Chris-
tianam semper ostendentem, ze-
loq; veritatis & charitatis flagrā-
tem. Deinde non possum non
mirari fuisse aliquos, qui cum
iniuria Authoris ac veritatis
ausi fuerint librum hunc falsæ
doctrinæ labe maculare, ex
inuidiæ conflandæ cupiditate
minus candidè ac minutè libri
sententias transferentes, vel ex-
ponentes. Non enim (vt falsò
innuunt) summi Pontificis con-
siliū in Angliam mittendi Ti-
tularem Chalcedonensem exa-
gitat, neque Episcopalem dig-
nitatem sub Regularem depri-
mit Author, neque Sacramenti
Confirmationis efficaciam vel
neces-

necessitatem communi Theologorum ore adstructam amolitur. Quin potius de sancta sede Apostolica, de dignitate Episcoporum, de seculari clero, de Regularibus ac horum institutis mirum cum veneratione loquitur, & si attente ac sincere legatur, has omnes calumnias sua luce quasi densas tenebras fugat dissipatq;. Præterea cuncta quæ asserit, clarè probat, solidè confirmat, doctè, ac eruditè propugnat.

Opposita verò nervosè oppugnat impugnatq; validis rationibus refutat, mitissimè reprehēdit, atq; minori quam par est, percutit censurâ. Quæ tandem ego cum æquâ lance perpendo; quædam inter ea, quæ parum aut nihil sunt probabilia, enumero. Quædam verò parum secura, & nisi explicentur aliter quam proferuntur (quorum difficile est aliam invenire declarationem) in periculosissimis dogmatibus ponenda iudico, quæ

quæ tanto acriorem desiderant
Censuram, quanto magis inaudi-
tam præ se ferunt nouitatem. Da-
tum sub meliori arbitrio Valliso-
leti in Domo professa Societatis
Iesu die 13. Maij anno Domini
1631.

*Ludouicus de Valdiuia olim Theo-
logia Professor ac Studiorum
maiorum Præfectus in Coll. S.
Ambrosij Vallisoletano ac san-
ctæ Inquisitionis ex munere
Qualificator.*

CEnseo doctrinã huius bre-
uis Discussionis esse piam,
sanam, Catholicam & pro exagi-
tata temporum conditione Ec-
clesiæ Anglicanæ peraccommo-
dam: Assertiones Antagonistæ,
quæ sapiunt equidem audax in-
genium & ad placita deuia præ-
ceps, modestè retundere, effica-
citer elidere. Demum appositæ
vel oppositæ controuersiæ satis
ad

334 *Approbationes.*

ad amussim Theologicam respondere. Dat. Vallisoleti die 14. Maij, Anno 1631.

Franciscus de Lugo Theologia Professor.

Modestam ac breuem Discussionem R. D. Nicolai Smithei diligenter & attentè legi, & cum in ea non solum nihil inuenerim, quod Catholicæ fidei aut Christianis moribus aduersaretur, sed plurima contineat quæ piè & prudèter pro præsentis tam Angliæ quàm aliorum regnorum & Prouinciarum hæresi infectarum, miserabili statu considerata & obseruanda sunt: Ideo cum alijs qui eam probauerunt dignam existimo, quæ publicam lucem videat. Actum Coloniae 19. Iunij Anno 1631.

Ioannes Dusseldorpf S. Theologiae Doctor, Metropolitanae Coloniensis Archidiaconus & Praepositus Sanctensis.

Quam

Quam modestam ac breuem
 Discussionem aliquarum as-
 sertionū D. Doctoris Kel-
 lisoni scripsit Doctissimus Nico-
 laus Smitheus, ea valde etiā pro-
 batur mihi infrascripto, multa-
 rum Academiarum ab anno 1601.
 in vtraque Rheni Prouincia So-
 cietatis IESV, & anno superiori,
 imò etiam moderno in vniuersi-
 tate Coloniēsi publico Professo-
 ri & Doctori, ac sigillatim illa
 cum primis, quæ ad exaltatio-
 nē perfectionis Religiosæ, com-
 parationem status Religionis
 cū Episcoporum & Prælatorū
 atque Hierarchiam Ecclesia-
 sticā attinent, istaque quæ guber-
 nationem Ecclesiæ in certis regi-
 onibus, & regnis per solos Reli-
 giosos concernunt, & existimo
 omnia Angelico Doctori in 2.
 2. q. 184. a. 5. 6. 7. & 8. ad-
 modum consentanea. Colo-
 niæ in Collegio Societatis Iesu
 An-

336 *Approbationes.*
Anno 1631. ipso commemorati-
nis Magni Apostoli die.

*Petrus Rocsius Societatis
Iesu vt supra.*

Approbatio Ordinarij.

Librum qui inscribitur *Mode-
sta ac brevis Discussio aliquarum
Assertionum D. Doctoris Kellisoni, &c.
Authore Nicolao Smitheo, typis Plā-
tinianis editum anno 1631. & à
viris grauissimis & doctissimis
magno numero approbatum, ali-
quarum etiam Vniuersitatum iu-
dicio communitum: nec non Ap-
pendicem in fine adiectam, qua
Libri scopus & argumentum ex-
plicatur quibuscunque huius
Diœcesis Typographis faculta-
tem impertimur denuo typis ex-
cudendi, & publicâ, quam mere-
tur, luce donandi. Datum Leodij
30. Aprilis, 1631.*

*IOANNES à CHOKIER, Canoni-
cus Leodiensis, & Vicarius in
spiritualibus generalis.*